Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



decaelis attulit. sed denobis adsumpsit. ut ait propheta. Ipse iniquitates nrras
accepit. & aegritudines nrras portauit. & paulus dic. quia quod stultum est di
sapientius est hominib; & quod infirmum est di fortius est hominib; Delicta mea
ad te non sunt abscondita. ut illud delictum meum cognitum tibi feci; Non erubescant
inme qui expectant te dne dne uirtutum. Non confundantur super me quicumque quaerunt te
israel. Non euacuentur peccatorum de passione mea sed cognoscant quia uolun
tatem tuam facere uelim. sicut scr. Quoppter te sustenui ob proprium operuit
confusio faciem mea. Ppter uoluntatem patris & malorum inpperia subposuit.
& uerecundia tectus est. cum ad sumpta carne conlidit; Quia una uoluntas
fuit patris. & filii. quod sustenuit passionem; uel operuit confusio quando negauerunt
apostoli. Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filius matris
meae. filius enim erat synagogae. sicut & ille iuxta ordinationem corporatio
nis terrae nae. a quibus ex ter & hospes habitus est. ex illis scelerib: erant ple
ni. hic ex pers peccati; Extraneus factus sum fratribus meis. sicut ait scm
apostoli. un dedix. Nuntiabo nomen tuum fratribus meis. & peregrinus filius
matris meae. Xpus peregrinus. ut ait cleophas. tu solus peregrinus es in hie
rusalem. solus. quia solus & primus resurrexit in mortalis. & mater synagoga;
Quo zelus domus tuae comedit me. Qe fecerunt eam spelunca latronum.
& obppria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Exprobrationum enim
iurgium super eum pieceruntur cum eum & samaritanum & daemonium habentem
uocarent. un de iudaei contra xpm iaciebant. si filius dei es. descende de cru
ce & credimus tibi. alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere;
Qui exprobrant filium. exprobrant & patrem. quia qui non credit filium. nec pa
trem habet; Operui in ieiunio animam meam. & factum est in opprobrium mihi.
Opprobrium enim eum inferre coronabatur contemptus eum satana. dic
ut lapides isti panes fiant. uel quando dixerunt discipuli. rabbi manduca;
Ille dixit. Ego cibum habeo ad manducare quod uos nesciti. & alio loco. opera
mini cibum non qui perit. sed qui permanet in uitam aeternam; sed esuri
ebat xpus. salutem humani generis. uel esuriebat fidem ecclesiae. quia nul
lum cibum audeis inuenire bat; Posui uestimentum meum cilicium. & factus
sum illis in parabola; In sacco. luctus ostenditur uel flletus. quod in morte laxa
ri usus. in parabola factus est iudeis cum eo flentes dicerent. ecce quomodo
eum amabat alu uero; non poterat hic qui aperuit oculos caecinati facere
ut hic non moreretur. Aduersus me exercebantur qui sedebant in posta
illis ceci & qui habentes claues scientiae nec: introibant. nec: alios introire